

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini). Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2021- Livello B1**

**De vita Marci Antonini philosophi, qui M. Aurelius vulgo dicitur. Pars prima**

01. Cum populo non aliter egit quam actum est sub civitate libera. Fuit moderantissimus in  
02. hominibus deterrendis a malo, invitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia  
03. liberandis, fecitque multos ex malis bonos, ex bonis optimos, moderate etiam inepta verba  
04. nonnullorum ferens. Nam cum quendam hominem famae detestandae, honorem petentem,  
05. moneret ut se ab opinionibus populi vindicaret, et ille contra respondisset multos, qui  
06. secum in harena pugnassent, se praetores videre, patienter tulit. Ac praetorem quendam,  
07. qui quaedam pessime egerat, non abdicare se praetura iussit, sed collegae eius dictionem  
08. iuris tantum mandavit. Sane, quamvis esset constans, erat etiam verecundus. Posteaquam  
09. autem e Syria victor rediit frater L. Verus, patris patriae nomen ambobus decretum est,  
10. cum se Marcus, absente Vero, erga omnes senatores atque homines moderatissime  
11. gessisset. Corona praeterea civica oblata est ambobus et ambo triumphi insignia  
12. obtinuerunt.

**sercizio 01 pars prima [1 su 4]**

Elige quid tibi verum videatur

A- M. Aureli moderatio, constantia verecundiaque vulgo laudabantur, et ille rei publicae maxime favit. Qua de causa minime offensus est ab homine qui mala dicebatur fama et illi, qui petitionem eius ad honorem aliquem inopportunam iudicaverat, numquam praetores in amphitheatro luctatos esse responderat.

B- M. Aureli moderatio, constantia verecundiaque vulgo laudabantur, et ille rei publicae maxime favit. Qua de causa valde offensus est ab homine qui mala dicebatur fama et illi, qui petitionem eius ad honorem aliquem inopportunam iudicaverat, numquam praetores in amphitheatro luctatos esse responderat.

C- M. Aureli moderatio, constantia verecundiaque vulgo laudabantur, et ille rei publicae maxime favit. Qua de causa offensus non est ab homine qui mala dicebatur fama et illi, qui petitionem eius ad honorem aliquem inopportunam iudicaverat, iam pridem praetores in amphitheatro luctatos esse responderat.

D- M. Aureli moderatio, constantia verecundiaque vulgo laudabantur, et ille rei publicae maxime favit. Qua de causa modice offensus est ab homine qui mala dicebatur fama et illi, qui petitionem eius ad honorem aliquem inopportunam iudicaverat, iam pridem praetores in amphitheatro luctatos esse responderat.

## Esercizio 02 pars prima [6 su 8]

Iunge numerum verbo ut paraphrasim expleas (animum autem adverte: non omnia vocabula addenda sunt).

Erga populum tanta moderatione M. Aurelius se 1, ut liberae civitati videretur praesesse. Cives a sceleribus retinuit et ad bene faciendum saepe 2 liberalibusque beneficiis affecit, et adeo clementem se praebuit ut multi improbi probi, probi optimi facti sint. Inconsulta dicta perferebat: cum enim vir quidam infamis 3 ab eo petivisset atque eum Marcus hortatus esset ut meliorem 4 apud concives sibi pararet, ille obiecit praetores factos esse nonnullos qui pridem cum ipso gladiatores fuissent; quae verba Marcus leniter 5. Praeterea, cum praetor quidam negligentissime officium suum gessisset, noluit eum a praetura amoveri, quamvis eius 6 ad collegam transferret. Cum firmus, tum moderatus fuit. Postquam a Syria, 7 consecutus, frater eius L. Verus domum pervenit, uterque "pater patriae" decreto senatus appellatus est, quod Marcus erga patres civesque omnes misericordem modestumque se praebuerat. Item uterque corona civica donatus est atque ornamenta triumphalia 8.

acceptit      gessit      induxit      intellexit      meruit      famam  
iurisdictionem      iustitiam      magistratum      victoriām

## Esercizio 03 – pars prima [6 su 8]

Quid haec vocabula in hoc scripto significant?

### 01 **aliter** (r. 01)

- a. altrimenti
- b. altrui
- c. altrove
- d. d'altra parte

### 02 **deterrendis** (r. 02)

- a. terrorizzare
- b. distogliere
- c. rimuovere
- d. rimproverare

### 03 **copia** (r. 02)

- a. abbondanza
- b. altruismo
- c. disinteresse
- d. facondia

### 04 **detestandae** (r. 04)

- a. denigrata
- b. irragionevole
- c. odiata
- d. riprovevole

### 05 **vindicaret** (r. 05)

- a. appoggiare
- b. liberare
- c. pretendere
- d. vendicare

### 06 **dictionem** (r. 07)

- a. amministrazione
- b. conversazione
- c. decisione
- d. giudizio

### 07 **mandavit** (r. 08)

- a. affidare
- b. comandare
- c. congedare
- d. spedire

### 08 **oblata est** (r. 11)

- a. fu contrapposta
- b. fu offerta
- c. fu pretesa
- d. fu prospettata

### **De vita Marci Antonini philosophi, qui M. Aurelius vulgo dicitur. Pars altera**

01. Sed Marcus tanta fuit moderatione, ut cum simul triumphassent, tamen post mortem Lucii
02. tantum Germanicum se vocaret, nomen quod sibi bello proprio pepererat. In curru
03. triumphali autem liberos Marci utriusque sexus secum illi vixerunt, ita tamen ut et puellas
04. impuberes veherent. Ludos etiam ob triumphum decretos spectaverunt habitu triumphali.
05. Dum Parthicum bellum geritur, natum est aliud bellum, quod diu eorum, qui aderant, arte
06. suspensum est, ut, finito Parthico bello, id quoque agi posset. Et, Lucio post quinquennium
07. Romam reverso, in senatu de ea re egit Marcus, ambos necessarios dicens bello Germanico
08. imperatores: itaque profecti sunt ambo, nec parum profuit rei publicae illorum profectio.

### **Esercizio 03 – pars altera [6 su 8]**

Quid haec vocabula in hoc scripto significant?

09 **pepererat** (r. 02)

- a. avere generato
- b. avere manifestato
- c. essere nato
- d. essersi procurato

13 **reverso** (r. 07)

- a. cadere
- b. svenire
- c. tornare
- d. voltarsi

10 **impuberes** (r. 04)

- a. ancora bambine
- b. già mature
- c. già sposate
- d. ancora nubili

14 **egit** (r. 07)

- a. approvare
- b. guidare
- c. recarsi
- d. trattare

11 **geritur** (r. 05)

- a. concludere
- b. interrompere
- c. svolgere
- d. vincere

15 **parum** (r. 08)

- a. abbastanza
- b. parimenti
- c. poco
- d. troppo

12 **arte** (r. 05)

- a. abilmente
- b. artisticamente
- c. casualmente
- d. svantaggiosamente

16 **profectio** (r. 08)

- a. dichiarazione
- b. operazione
- c. partenza
- d. vantaggio

### **Esercizio 04 pars altera [6 su 8]**

Verae an falsae sunt hae sententiae?

		<b>V</b>	<b>F</b>
1	Post mortem Lucii, Marcus eum vocari Germanicum noluit, quia solus bellum Germanicum vicerat		
2	Non modo Marci filii sed et filiolae in curru triumphali vectae sunt		

3	Senatus decrevit ut Marci liberi ludos triumphales spectantes habitum triumphalem induerent		
4	Dum Marcus in Parthos pugnat, alterum bellum perfectum est		
5	Lucius quinquennio Romae constiterat		
6	Marco invito, Lucius bello Germanico imperator factus est		
7	Cum a senatu et Marcus et Lucius imperatores facti essent, uterque in Germanos profectus est		
8	Multum obfuit rei publicae illorum profectio		

### **De vita Marci Antonini philosophi, qui M. Aurelius vulgo dicitur. Pars tertia**

01. Mors eius talis fuit: propter pestilentiam quandam cum aegrotare coepisset, Commodum Antoninum, filium suum, advocavit atque ab eo petit ut belli reliquias non contemneret, ne 03. videretur se rem publicam prodidisse. Deinde abstinuit victu potuque, mori cupiens, itaque 04. morbum auxit. Sexta die, vocatis amicis et ridens res humanas, mortem autem 05. contempnens, dixit: "Quid de me fletis et non magis de pestilentia et communi morte 06. cogitatis?". Et cum illi vellent recedere, ingemescens ait: "Si iam me dimittitis, 'vale' vobis 07. dico, vos praecedens". Septimo die gravatus est et solum filium admisit, quem statim 08. dimisit, ne in eum morbus transiret. Dimisso filio, caput operuit quasi volens dormire, sed 09. nocte animam efflavit. Alii autem dicunt filium quoque eum mori voluisse, cum talem 10. videret illum futurum, qualis re vera exstitit post eius mortem, ne, ut ipse dicebat, similis 11. Neroni, Caligulae et Domitiano esset.

### **Esercizio 5 pars tertia [6 su 8]**

Elige quid tibi verum videatur01.

01. Ut (r. 2) introduce una proposizione

- a. completiva
- b. concessiva
- c. consecutiva
- d. finale

03. Eum (r. 9) si riferisce a

- a. Commodo
- b. Marco Aurelio
- c. filium
- d. talem

02. Ne (r. 2) introduce una proposizione

- a. completiva
- b. concessiva
- c. consecutiva
- d. finale

04. Illum (r. 10) si riferisce a

- a. Commodo
- b. Marco Aurelio
- c. futurum
- d. talem

05. Futurum (r. 10) è

- a. apposizione
- b. complemento predicativo
- c. predicato verbale
- d. sostantivo

06. Eius (r. 10) si riferisce a

- a. Marco Aurelio
- b. Commodo
- c. Domiziano
- d. illum

07. Ne (r. 10) introduce una proposizione

- a. completiva
- b. finale
- c. concessiva
- d. ipotetica

08. Ipse (r. 10) si riferisce a

- a. Marco Aurelio
- b. Commodo
- c. la fonte storica citata dall'Autore
- d. Nerone

### Esercizio 06 [6 su 8]

Quaestiones ultimae ad totum textum pertinent. Omnia iterum perlege, et elige quid tibi verum videatur

#### **De vita Marci Antonini philosophi, qui M. Aurelius vulgo dicitur.**

Cum populo non aliter egit quam actum est sub civitate libera. Fuit moderantissimus in hominibus deterrendis a malo, invitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis, fecitque multos ex malis bonos, ex bonis optimos, moderate etiam inepta verba nonnullorum ferens. Nam cum quendam hominem famae detestandae, honorem potentem, moneret ut se ab opinionibus populi vindicaret, et ille contra respondisset multos, qui secum in harena pugnassent, se praetores videre, patienter tulit. Ac praetorem quendam, qui quaedam pessime egerat, non abdicare se praetura iussit, sed collegae eius dictionem iuris tantum mandavit. Sane, quamvis esset constans, erat etiam verecundus. Posteaquam autem e Syria victor rediit frater L. Verus, patris patriae nomen ambobus decretum est, cum se Marcus, absente Vero, erga omnes senatores atque homines moderatissime gessisset. Corona praeterea civica oblata est ambobus et ambo triumphi insignia obtinuerunt.

Sed Marcus tanta fuit moderatione, ut cum simul triumphassent, tamen post mortem Lucii tantum Germanicum se vocaret, nomen quod sibi bello proprio pepererat. In curru triumphali autem liberos Marci utriusque sexus secum illi vixerunt, ita tamen ut et puellas impuberes veherent. Ludos etiam ob triumphum decretos spectaverunt habitu triumphali. Dum Parthicum bellum geritur, natum est aliud bellum, quod diu eorum, qui aderant, arte suspensum est, ut, finito Parthico bello, id quoque agi posset. Et, Lucio post quinquennium Romam reverso, in senatu de ea re egit Marcus, ambos necessarios dicens bello Germanico imperatores: itaque profecti sunt ambo, nec parum profuit rei publicae illorum profectio. Mors eius talis fuit: propter pestilentiam quandam cum aegrotare coepisset, Commodum Antoninum, filium suum, advocavit atque ab eo petit ut belli reliquias non contemneret, ne videretur se rem publicam prodidisse. Deinde abstinuit victu potuque, mori cupiens, itaque morbum auxit. Sexta die, vocatis amicis et ridens res humanas, mortem autem contemnens, dixit: "Quid de me fletis et non magis de pestilentia et communi morte cogitatis?". Et cum illi vellent recedere, ingemescens ait: "Si iam me dimittitis, 'vale' vobis dico, vos praecedens". Septimo die gravatus est et solum filium admisit, quem statim dimisit, ne in eum morbus transiret. Dimisso filio, caput operuit quasi volens dormire, sed nocte animam efflavit. Alii autem dicunt filium quoque eum mori voluisse, cum talem videret illum futurum, qualis re vera exstitit post eius mortem, ne, ut ipse dicebat, similis Neroni, Caligulae et Domitiano esset.

01. Cur Marcus dignus admiratione apud omnes dicebatur?

- a. Quia homines ineptos a re publica deterrebat
- b. Quia ei aditus perfacilis erat
- c. Quia amicos domum saepe invitabat
- d. Quia cunctos meliores efficiebat

02. Et cur pater patriae appellatus est?

- a. Quia tanta fuit temperantia et moderatione, ut triumphum neglexerit
- b. Quia, bello Parthico finito et omnibus hostibus debellatis, e Syria victor redierat
- c. Quia summa temperantia semper fuit, quamvis imperium sine collega diu gereret
- d. Quia temperantiam semper adhibuit et voluptates quae corpori officerent neglexit

03. Cur auctor mirum censem Marci liberos curru triumphali vectos esse?

- a. Quia curru triumphali principis liberi advehi non solebant
- b. Quia non solum pueri, sed etiam puellae inter eius liberos vectae sunt
- c. Quia non solum Marci, sed fratriss eius liberi quoque advehi debebantur
- d. Quia pueri et puellae impuberis in curru tantum vehebantur

04. Cum amici e suo cubiculo discederent, Marcus eos monuit

- a. ne statim sui obliviscerentur exinde in sempiternum
- b. ne eum amicos in sempiternum relictum esse putarent
- c. ut filio providerent in posterum
- d. ne bellum contra hostes umquam intermitterent

05. Quid Marcus, iam aeger, a filio flagitavit?

- a. Ne diutius secum maneret
- b. Ne bellum intermitteret
- c. Ne a se discederet
- d. Ut securus degeret

06. Cur eius morbus ingravescebat?

- a. Quia corpus alere solebat
- b. Quia morbus gravius saeviebat
- c. Quia nullum remedium inveniri poterat
- d. Quia filius nullum auxilium praebebat

07. Cur filium e cubiculo septimo die statim dimisit?

- a. Quia eum vitiare solebat
- b. Quia solus suprema obire volebat
- c. Quia amicos admittere volebat
- d. Quia eum fastidiebat

08. Quid de filio metuebat?

- a. Ne malus princeps esset
- b. Ne Neroni amicus esset
- c. Ne aegritudinem ingravescere vellet
- d. Ne ille quoque mori vellet

Soluzioni

**Esercizio 01 pars prima [1 su 4]**

Elige quid tibi verum videatur

C- M. Aureli moderatio, constantia verecundiaque vulgo laudabantur, et ille rei publicae maxime favit. Qua de causa offensus non est ab homine qui mala dicebatur fama et illi, qui petitionem eius ad honorem aliquem inopportunam iudicaverat, iam pridem praetores in amphitheatro luctatos esse responderat.

**Esercizio 02 pars prima [6 su 8]**

acceptit <b>E</b>	gessit <b>A</b>	induxit <b>B</b>	intellexit	meruit <b>H</b>
famam <b>D</b>	iurisdictionem <b>F</b>	iustitiam	magistratum <b>C</b>	victoriam <b>G</b>

**Esercizio 03 pars prima [6 su 8]**

a. b. a. d. b. a. a. b.

**Esercizio 03 pars altera [6 su 8] [totale es 3: 12/16]**

d. a. c. a. c. d. c. c.

**Esercizio 04 pars altera [6 su 8]**

F/V/V/F/F/F/V/F

**Esercizio 05 pars tertia [6 su 8]**

a. d. b. a. c. a. b. a.

**Esercizio 06 [6 su 8]**

d. c. b. b. b. a. a. a.